

turam publicam. *L. 5. tit. 5. lib. 4. R. C.* Minores quidem, Ecclesie, Universitates, & alij, qui privilegio restitutionis gaudent ad proponendas novas exceptiones solum possunt restitutionem petere ante conclusionem ad definitivam, & tantum semel conceditur; & in eadem sententia alia restitutio negatur. *L. 5. tit. 5. lib. 4. R. C.* Et quidem quando Minores, & alij privilegiati post publicatas attestaciones restitutionem petunt, certa poena est a Iudice assignanda, quam ipsi solvant, si non probent exceptionem. *L. fin. tit. 5. lib. 4. R. C.*

232 Licet actor non possit plures simul actiones intentare. *L. 43. §. 1. ff. de Reg. jur.* reus tamen, cujus conditio est favorabilior, bene potest plures exceptiones, vel simul, vel successivè opponere. *c. 2. de Reg. jur. in 6. L. 5. l. 8. ff. b. t.* etiam si contrariae sint, dum tamen tales alternative opponantur: v. g. Si reus excipiat, se non fecisse homicidium, vel fecisse ad sui defensionem. Nec exceptionem opponens contra intentionem adversarii censetur eam fateri, cum exceptio obijciatur a reo ad eam elidendam. *Gloss. in c. 1. de Testibus in 6. V. Asscuti.* Et actus agendum non debet operari ultra agendum intentionem. *L. 19. ff. de Rebus credit.* Similiter de replicationibus dicendum est. *L. 10. C. b. t.* Reus ergo exceptiones opponens eas probare debet, & in hoc, & non in alijs, dicitur, quod reus excipiendus fit actor. *L. 19. ff. de Probation.* Quod si plures opponens exceptiones in unius probatione deficiat, ad aliam transire, & ob eam obtinere potest, si eam probet plenè, & perfectè in sua specifica forma, alias non elidet actionem, nec intentionem actoris. Quod si in exceptionis probatione deficiat, si actor intentionem suam non probet, adhuc ipse actor, non obtinebit ex defectu probationis rei, imò reus absolvetur: quia actore non probante, reus & si nihil praestiterit, nec probaverit, absolvendus est. *L. 4. C. de Edend. c. fin. §. Sanè, de Fur. jurand.* Quod si reus probet exceptionem dilatoriam, à Iudicij observatione, vel instantia absolviatur: si probet peremptoriam, definitivè absolviatur ab instantia actione, ex qua quidem sententia oritur exceptio rei iudicata, quae semper actorem movet. At verò, ut rei iudicata exceptio utiliter opponatur, debet esse eadem res, quae petitur, ex eodem causa, & inter eadem personas. Et sanè in foro Seculari debet admitti exceptio rei iudicatae in foro Ec-

clesiastico: quia per sententiam est pariter acquisitum, & si Secularis reculer eam admittere, ab Ordinario per censuras cogitur: & contra exceptio rei iudicatae in foro Seculari admittitur in Ecclesiastico: quod si hic eam admittere renuat, per suum Superiorem Ecclesiasticum cogitur admittere, nisi animae periculum inducat. *c. fin. b. t. in 6.* Si aliquid ex his requisitis desit, reus potest iterum conveniri: v. gr. Si quis fuit absolutus ab adversarii petitione: quia jam non possidebat rem, & post sententiam rem possidere incipiat: quippe cessante causa sententiae absolutoriae iterum contra eum potest agi. *c. 13. b. t.*

233 Exceptiones, quae in prima instantia sunt omisae, si tempus eas opponendi elapsum sit (secus aliter. *L. 4. C. de Tempor. appellat.*) non possunt opponi in secunda instantia. *L. 13. C. de Procurator.* Et ibid. *Gotofr.* quia omittens exceptiones dilatorias contra personas Iudicis procuratoris, vel actoris, eas censetur approbasse: si verò respiciant non personam, sed defectum, aut insufficientiam mandati in procuratore, semper durant. *L. 24. C. de Procurator.* Profectò, qui habet plura beneficia etiam compatiblea, non potest proprio nomine contra alium de pluralitate beneficiorum excipere. *c. 3. b. t.* quia non debet, quod in se approbat in alijs reprobare: nec debet defectum alij obijcere, qui simili defectu laborat; *arg. c. fin. de Adulter.* Nam ut ait *Juven. Satyr. 2. Loripidem pedes deridat, & Ethiopeum albus:* poterit tamen hanc pluralitatis exceptionem obijcere, si nomine, & in Ecclesia utilitatem opponat; si alij non adsint, qui hoc faciant: nam personae delictum non debet Ecclesiae nocere. *c. 76. de Reg. jur. in 6.* Praeterea si in testem opponatur exceptio criminis, licet ipse illud confiteatur, vel de eo sit convictus, & quamvis negotium principale attingat, non potest puniri testis eo praesente, quod contra ipsum sit probata exceptio: quia accusatio contra eum non intervenit, & crimen per modum exceptionis obiectum non opponitur testi: ut eo puniatur, sed ut ei non credatur, vel ut non admittatur ad testificandum, ac consequenter sufficit, si ejus testimonium non attendatur. *c. 1. b. t.* Nec exceptio debet operari ultra agentis intentionem. *L. 19. ff. de Reb. credit.* nec extra sphaeram suae activitatis: nam limitata causa limitatum producit effectum. *L. 16. ff. de Acquir. rer. domin.*

Quo ordine sit cognoscendum, & pronuntiandum in exceptionibus in iudicio oppositis diximas in *Tit. de Ordine cognitionum.*

TIT. XXVI.

De Praescriptionibus.

234 **P**raescribere, aliquando praecipere, vel imponere, vel constituere significat. *C. 1. D. 86.* aliquando significat limites, vel terminos assignare. *C. 2. de Consec. praebend. L. 28. §. 1. ff. de Liberat. legat.* aliquando finem ponere: & in hoc sensu dicitur actio praescripta, quasi finita. Aliquando idem ac excipere valet. *L. fin. ff. de Suspect. Tutor.* Et ibid. *Gotofr.* Sed praecipue sumitur praescriptio pro exceptione peremptoria, & sic sumitur in *Tit. ff. de Exception. & praescriptio.* Sed in praesenti sumitur pro quodam modo dominium acquirendi: & sic potest definiti: *Praescriptio est jus adquirendi dominij, vel quasi dominij, vel alterius juris per continuationem possessionis, vel quasi possessionis tempore a jure definiti.* Et quidem latius patet, quam Usucapio, quae sic definitur in *L. 3. ff. de Usucap. Est adfectio dominij per continuationem possessionis temporis a lege definiti.* Praescriptio enim ad res in corporales extenditur, quas non comprehendit usucapio. Sic servitutes, sepulchrum, monumentum, loca publica, aliaque jura usucapi non possunt; & tamen servitutes, jus interendi mortuum in sepulchrum, vel monumentum; jus piscandi in loco publico, aliaque hujusmodi, possunt praescribi, ita ut sic praescribentis possit se defendere adversus impediendum tale jus. *L. 14. ff. de Servit. l. 6. C. de Religiof. l. 7. C. de Divers. & temporal. Usucapio tamen est modus civilis acquirendi dominium princ. in *ff. de Usucapio.* Qui enim usucapit rem, quasi usu capit illius dominium. Usucapio etenim Jure Civili fuit introducta, & Jure Canonico approbata, ob bonum scilicet publicum, ne passim longo tempore incerta essent rerum dominia. *L. 1. ff. de Usucap.* & ut sic facilius lites expediantur, & terminentur, vigilantia dominorum excutatur, & eorum negligentia puniatur. Nam jura non dormientibus, sed vigilantibus semper subveniunt. *c. 5. b. t. l. 1. tit. 29. p. 3.* Et ideo tenet *Greg. Lop. in l. 1. tit. 29. p. 3.* non posse à privato praescriptioni, utpotè in favorem publicum introductae*

renuntiari. Alij cum *Gutier.* tenent contra-rium ex eo, quod praescriptio principaliter in favorem, & commodum: privatorum sit introducta. Et profectò ex praedictis rationibus inferitur, quod usucapio, seu praescriptio licita est. Et lex civis transiens dominium alterius in usucapientem justa quidem est: cum Respublica ob dominium altum, quod in subditorum bona habet, possit, sic exigente bono publico, & communi utilitate, dominium istorum prius dominis auferre, etiam ipsis non consentientibus, & in alios transferre, & non solum pro foro externo, sed etiam ita, ut talia bona adquirens securus sit in conscientia, & etiam si antiqui Domini nulla interveniat negligentia. *Gloss. in c. 5. b. t. V. Noverrit. Greg. op. in l. 12. tit. 29. p. 3. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 61. n. 6. Less. de Just. lib. 2. cap. 6. ex n. 50.* adeo, ut si post completum praescriptionis tempus, qui praescripsit, cognoverit, rem fuisse alienam, non teneatur eam restituere, quia per praescriptionem, seu usucapionem est absolute factus Dominus, rei, modo legitimo ad transferendum dominium induceto, non minus ac si rem iusto pretio emisisset à suo Domino. *L. 12. tit. 29. p. 3. ibi: E por ende devimos, que si aquella fazon, que ganaron possession de las cosas, ovieren buena fe en haverlas, maguer ante que los apoderassen, o despues la oviesen mala, custando, que aquellos de quien las ovieron, non eran verdaderos señores, non les empee a ellos, nin a sus herederos. Juner. Gregor. Lop. ibid. V. E la oviesen mala. Gloss. in c. 5. b. t. V. Noverrit. Molin. Less. & alij contra Adrian. Medin. & alios.* Hinc est, quod si per errorem qui rem praescripserat, illam restituit, potest illam tanquam propriam vindicare, & antiquus Dominus eam, tanquam alienam restituere debet: sicut vendens rem suam, accepto pretio iusto, teneatur restituere.

235 Praescriptio siquidem transfert dominium plenum, & non solum utile, in rebus mobilibus, ut est commune, sed etiam in immobilibus ut contra *Gloss. in L. Traditionib. c. de Pañis. Barthol. Bald. & alios tenent Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 61. n. 11. Covar. & alij.* Et probatur ex *c. 11. 16. q. 4. l. 1. tit. 29. p. 3. L. 3. ff. de Usucap.* ubi absolute dicitur quod praescriptione, seu usucapione acquiritur dominium: ac proinde directum, quod principale est. *L. 1. §. 1. ff. si ager veñtigal.* nec alias in totum tollerentur lites. Hinc est, quod qui dominium adquirere possunt, valeant, & praescribere. Tales etenim sunt

paterfamilias quoad bona cuiuscumque generis sunt, filius familias quoad bona castrensis, quasi castrensis, & adventitia. *L. 4. §. 1. ff. de Usucapion.* pupillus, etiam sine Tutore: nam eius autoritate non indiget ad acquirendum. *L. 11. ff. de Acquir. rer. dom.* Infans tamen cum usu rationis careat, ad usufructum non per se, sed solum autoritate Tutoris usufructip. *L. 32. §. 2. ff. de Acquir. vel amit. possess. l. 2. tit. 29. p. 3.* E contra verò præscribere non possunt, qui nequeunt dominium adquirere: quales sunt furiosi: sed si ante furorem possidere coeperunt, cum in furore non desinant possidere, etiam tunc usufructipiunt. *L. 4. §. 3. ff. de Usucap. b. 2. tit. 29. p. 3.* nec servi usufructipiunt. *L. 3. tit. 29. p. 3.* nec qui rem non suo, sed alieno nomine possident. *L. 4. tit. 15. lib. 4. R. C.* ibi: *Si alguno tuvo, o poseyo alguna heredad, o otra cosa a empeños, o en encomienda, o arrendada, o alugada, o forzada, no se pueda defender por tiempo, que estos a tales no son tenedores por sí, mas por aquellos de quien la cosa tienen.* Nec clerici possunt præscribere suorum beneficiorum bona. *c. 11. 16. q. 4.* Idem etiam est, si unus ex cohæredibus solus rem possideat, quantumvis longo tempore, non potest eam præscribere contra alios cohæredes, nec socius rem communem contra alios socios. *L. 5. tit. 15. lib. 4. R. C.* Etiam conficiens est, quod non præscribatur regulariter contra eas personas, quæ nequeunt alienare, ut sunt pupillus, filius familias, prodigus, captivus, uxor respectu fundi dotalis, & alij huiusmodi. *L. 8. tit. 29. p. 3.* quia in præscribente mala fides præsumitur. *L. 11. tit. 29. p. 3.* nisi hæc præsumptio purgetur per bonam fidem accipientis, quia tunc licet non ordinario, extraordinario tamen triginta, vel quadraginta annorum tempore poterit res præscribi: vel si præscriptio sit inchoata antequam talia bona præscribi prohibeantur, vel si possessor ea habeat ab aliquo tertio. Nam tunc tempore ordinario ea præscribet.

Requisita ad præscriptionem his verbis continentur:

1. *Sit res apta.* 2. *Fides bona.* 3. *Sit titulus quoque iustus.*
4. *Possideas iuste.* 5. *Completo tempore Legis.*

236 1. Ergo requiritur, quod res præscribenda sit apta præscribi, id est, quæ in hominum dominium, vel quasi dominium cadere possit. *L. 3. ff. de Usucap. l. 1. tit. 29. p. 3.* ex cuius defectu non usufructipiuntur res Sacræ, ut Tempa, Calices,

Ornamenta Sacra, & alia huiusmodi. *L. 6. tit. 29. p. 3.* nec res religiosæ, ut sepulchra, & cæmenteria, quamvis hodie hæc sacra sint, nec item res sanctæ, quæ scilicet ad aliqua speciali functione muniuntur ædificis hominumvolentiam sit muri, & portæ Civitatis: nec in alia significatione res sanctæ accipiuntur quoad præsens institutum. *§. 10. Instit. de Res. divif.* Nec publicæ res, ut via publica, fons, pons, theatrum, forum, & alia huiusmodi. *L. 9. ff. de Usucap. l. 7. tit. 29. p. 3. Acced. in l. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. n. 64.* Nec liber homo, *§. 1. Inst. de Usucap. l. 6. l. 24. tit. 29. p. 3.* neque ea, quæ sunt meræ facultatis, id est, quæ tantum ab alterius arbitrio contra conventionem, vel obligationem pendent. *L. 2. ff. de Via public. & itin. fide.* per actum positivum illud concessum sit, v. g. si quis ab aliquo Mercatore consecutivit merces emere, sive per omissionem actus illud concessum videatur, v. gr. si quis cum posset altius ædificare non ædificavit: in neutro ex his casibus acquiritur jus per præscriptionem, ac propterea alter non potest cogi merces ab illo Mercatore emere: cum nullo jure obligetur, nec alter potest prohiberi ades altius tollere, cum nullo jure sit ab eo ablata hæc facultas. Nec enim decet, quod beneficium indebitum convertatur contra intentionem illud facientis. Præterea Jure Positivo prohibentur præscribi. 1. Limites Parochiarum, & Dioecesium, dum certi sunt, scilicet est, si sint dubij. *c. 5. e. 6. 16. q. 4. c. 4. de Parochis*, ne termini Parochiarum, vel Dioecesium confundantur. Idem est dicendum de limitibus ducatum, vel comitatuum. *Molin. de Justic. & jur. tr. 2. D. 79. n. 7.* Terra verò, in qua est limes, præscribi potest. *c. 9. b. t. imò*, & jus decimandi in aliena Parochia, si fiat salvis de cætero limitibus. 2. Nequeunt præscribi quæ ad supremam Principis potestatem spectant. *L. 6. C. de Prescription. 30. vel 40. an.* nec tributa, quæ in Majestatis recognitionem tribuuntur, nec immunitas, seu libertas ab illorum solutione. *Acced. in l. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. n. 51.* quia nec Princeps potest alienare supremam potestatem, & illi annexa; nec alter potest ea possidere. *c. 23. de Jur. jurand. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 74. ex n. 2.* nec possunt præscribi merum Imperium, nec alia Jura Regia. *L. 6. tit. 29. p. 3.* Quod hodie de suprema jurisdictione propria Regis intelligendum est. *L. 1. tit. 15. lib. 4. R. C.* Et notat *Greg. Lop. in d. l. 6.* licet aliter sentiat *Acced.* Idem est de suprema jurisdictione

ditione Papæ, quæ nullo tempore præscribitur. *Acced. in l. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. n. 39.* Et de gabelis, quæ Hispani dicuntur: *Alcavalas*, decernitur in *L. 2. tit. 15. lib. 4. R. C. l. 1. tit. 18. lib. 9. R. C.* quod nullus sine expresso privilegio sit immunis ab eis solvendis, etiam si præscriptione immemoriali sit munitus. Latiore disputatione de his rebus, Regnicolis, & practicis relinquo. Nec possunt usufructuari res furtivæ, aut vi possessæ, non quidem solum à ture: nam hic ratione malæ fidei excluderetur; sed nec à tertio bonæ fidei possessore, etiam si per centum manus transisset ad ipsum. *§. 2. Inst. de Usucap. furtivarum etenim rerum Lex 12. Tabularum, & Lex Aulia: vi possessarum usufructuonem Lex Julia, & Plauria inhihent, donec per reversionem in Domini potestatem hoc vitium ipsis ob furtum, & vim inhærens purgatum sit.* Furtum siquidem, & vi possessio est vitium reale afficiens rem in quocumque sit possessore. *L. 4. tit. 29. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. l. 5. tit. 15. lib. 4. R. C.* Hoc tamen intelligitur de præscriptione temporaria ordinario complenda: at verò si bona fide res furtiva à tertio possideatur spatio 30. vel 40. annorum bene præscribitur. *L. 1. §. Ad hæc. C. de Annal. except. l. 21. tit. 29. p. 3. Pichard. in §. Furtivæ, Inst. de Usucap. n. 10.* nec servus fugitivus potest usufructuari: nam ipsa fuga furtum committit. *L. 1. C. de Serv. fugitivo.* partus ancillæ, vel animalis furtivi, si apud furem est conceptus, furtivus est, nec potest usufructuari: si est conceptus, & natus apud bonæ fidei possessorem, potest ab ipso usufructuari pro suo. Si verò ipse ante conceptionem sciat, ancillam non esse vendentis, nequit usufructuere partum: nec quando post conceptionem, ante nativitatem tamen cognovit, rem esse furtivam. *L. 48. §. 5. ff. de Furt. l. 5. tit. 29. p. 3. Latè Amaya, Collegij Majoris Conchenfis egregius alumnus, lib. 3. Observat.* ubi plures textus Juris Civilis, qui sibi ipsis apparent contrarij, ad concordiam reducit. Nec res pupillorum, quamdiu ipsi in tutela sunt, præscribuntur. *L. 3. §. Quæ, C. de Prescript. 30. vel 40. ann. & ibid. Gotthofr.*

237 2. Requiritur bona fides. *Hæc enim est ignorantia rei alienæ: ille ergo, qui rem, quam possidet, credit, suam esse, vel saltem non esse alienam, bona fide dicitur possidere.* Vel etiam potest universalis bona fides definiti: *Scientia iuste possessionis.* Nam etiam si quis sciat, tamen esse alienam, vel non esse illius, qui illam tradidit, si tamen credat, se iuste possidere,

habet profectò bonam fidem. *L. 28. ff. de Noxalib. actio ibi: Usu quoque me captivum, quamvis sciens alienum possideam, c. fin. §. In alijs, ut lite non const. stat.* Ubi nullus in possessionem caula rei servandæ ipsam præscribit, quia licet licet, alienam esse, tamen iuste possidet: quia Authore Fratore possidet. *L. 11. ff. de Acquir. possessi.* Similiter Episcopos locum à se ad fidem convertum præscribit triennio: nam licet sciat alienum esse, non habet malam fidem, quia jus ipsi iustitragatur. *c. 1. b. t.* Et quidem bona fides necessàriò omnino requiritur ad usufructuonem, non solum in principio ipsius usufructuonis, ut olim de Jure Civili sufficiebat. *§. 12. Inst. de Usucap. & juxta quod loquuntur Text. in c. 15. 16. q. 4. l. 12. l. 21. l. 23. tit. 29. p. 3.* Et ibid. notat *Greg. Lop.* sed insuper in decursu usufructuonis usque ad ejus complementum, etiam si sit præscriptio temporis immemorialis. *c. 5. c. fin. b. t. ibi: Quoniam omne, quod non est ex fide peccatum est: Synodali judicio definitum, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio tam Canonica, quam Civilis. Cum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari: unde oportet, ut qui præscribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienam.* Et sic universaliter dicitur in *c. 2. de Reg. jur. in 6. Possessor male fidei ullo tempore non præscribit. l. 9. tit. 29. p. 3.* etiam si possidens credat, rem, quæ erat Tiri, esse Sempronij, advertens neutrum præscribit. *arg. L. 5. §. 5. ff. Quod vi, aut clam: quia adhuc contra conscientiam agit, & peccat detinendo rem alienam. Molin. de Justic. & jur. tr. 2. D. 63. n. 12.* Et hæc Lex, ut prohibitiua peccati, non solum in jure Canonico, sed etiam Civili, est servanda, quia in hoc casu Jus Canonicum, cuius finis est consulere animarum salutem, *c. 6. de Major. & obed. c. 2. de Const. in 6.* potest Jus Civile corrigere. *c. fin. b. t. & com. DD.* Et non solum in usufructu rerum, sed etiam in præscriptione actionum, & juriur requiritur bona fides, ac proinde sine ea non potest quis præscribere servitutem, jus piscandi, venandi, eligendi, præsentandi, aliaque huiusmodi: ut ex noitri juris generalitate deducunt *Molin. de Justic. & jur. tr. 2. D. 66. n. 7. Greg. Lop. in l. 22. tit. 29. p. 3. V. Poder. Et in l. 27. tit. 29. p. 3. V. Mala st. Covarr. in Reg. possessor. p. 2. §. 11. Less. de Just. lib. 2. cap. 6. ex n. 19. Gonz. in c. 5. b. t. n. fin. contra aliquos apud ipsos.* Et in hoc quidem dicitur præ-

prescriptio à consuetudine: nam consuetudo, etiam mala fide potest induci: quippe quæ est Lex non scripta tacito consensu Populi comprobata, & jus in Populo constituit: & si quid commodi affert, non est præcisè respectu habentium malam fidem, sed illud commodum omnibus cedit: secus esset in præscriptione, in qua quis ex proprio delicto, & mala fide commodum reportaret. Si possidens rem habeat malam fidem respectu unius partis, & respectu alterius bonam habeat fidem, hanc præscribet: secus illam. Idem est, si habeat bonam fidem respectu usufructus, & malam respectu proprietatis, vel respectu aliorum jurium. *Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 63. n. 13. & 14.*

238 Qui in principio dubitat, an res sit aliena, non potest incipere præscriptionem. *L. 48. ff. de Acquir. rer. domin.* nec aliter potest rem, quam antea non habuit, sibi vindicare, quam si determinatè iudicet, eam legitimo titulo ad se pertinere. Et cum tunc non sit sua conditio melior, quam alterius, inique sibi rem usurpat: cum verò jam possidet, melior est ejus, quam contrarij conditio ob ipsam possessionem. *e. 65. de Reg. jur. in 6.* Et ideo, si superveniat dubium, moralem diligentiam adhibere debet, ut sciat, an res sit aliena: quod si non appareat, nec constet, alienam esse, tutus est in conscientia, & præscriptionem continuabit, quia adhuc est in bona fide. *c. fin. b. t. c. 5. 34. q. 1. ibi: Sicut in jure prædiorum tamdiu quisque bone fidei possessor restitutum dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cum verò scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tunc mala fidei possessor perhibetur, tunc iuste iniustus vocabitur.* Si verò dubium sit prædictum, hoc est, quod possidens dubitet, an hic, & nunc licitum sit retinere rem, tunc interruptitur usucapio. *L. 32. §. 1. ff. de Usucap.* quia cum tali dubio non stat bona fides: nam quod non est ex fide peccatum est, id est, quod non fit cum determinato iudicio conscientia: quod hic, & nunc dicitur, saltem per iudicium reflexum, aliquid esse licitum, peccatum est, & qui cum tali dubio retinet rem, peccat, quia se exponit periculo peccandi, retinendo rem alienam. *l. eff. de Justit. lib. 2. cap. 6. n. 13. Laer. lib. 1. n. 77.* similiter non præscribit, qui ex ignorantia vincibili, & affectata rem possidet: nam cum ipsa includat peccatum, bonam fidem excludit. *Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 64. n. 2.* ignorantia facti alieni iusta proculdubio est, ac proinde utuca-

tionem non impedit, secus ignorantia facti proprii, quæ quidem intolerabilis est. *L. fin. ff. Pro suo. L. 14. tit. 29. p. 3. ibi: Teniendo ome alguna cosa mueble por suya, cuidando que la avia comprado, o que le fuera dada, o que la avia por otra derecha razon, si despues supiere, que non era asi, maguer, fuesse tenedor della tres años, non la podría ganar por esse tiempo. Mas si por aventura oviesse mandado à su Mayordomo, o à su Personero, o à algun otro su ome, que le comprasse alguna cosa, o que gela aduiesse por alguna otra derecha razon, assi como por cambio, o por donadio, o por otra cosa semejante, è aquel à quien lo mandasse non lo ficiesse asi: mas lo oviesse por otra razon, que non fuesse derecha, diciendolo, que la havia comprado, si tal cosa, como esta tuviesse tres años, poderla, y à ganar por tiempo, porque havia buena fe en tomandola, maguer, y errasse: Cà pues que el yerro aviene por derecha razon, non le debe dempner. Et ibid. Greg. Lop.* Hic enim apponitur exemplum erroris facti quatenus usucapiens credebatur, adesse titulum, cum vere non adesset. Et quidem si error facti proprii, injustus censetur, secus si sit error facti alieni. Si verò error juris interveniret, quatenus verè titulus adesset, sed tamen esset nullus, & validus: crederetur v. g. si quis à Religioso, filio familiaris, vel servo aliquid ex donatione acciperet, ignorans, ipsos non posse donare: tunc enim si error fit juris clari, & liquidus, etiam si talis error, sui ignorantia omni careret culpa, non sufficeret ad rei præscriptionem. *L. 31. ff. de Usucap.* ibi: Numquam in usucapionibus juris error possessoribus prodest. *L. 4. ff. de Jur. & fact. ignor.* ibi: Juris ignorantia in usucapione negatur prodesse: facti verò ignorantia prodesse constat. Et sane nec Minoribus, Militibus, rusticis, nec mulieribus prodest. *Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 64. n. fin.* Nam licet in prædictis toleretur juris ignorantia, est solum ut non patiantur damnari, non verò ut lucrum ex ea capiant. *L. 8. ff. de Jur. & fact. ignor.* ibi: Error facti ne maribus quidem in damnis, vel compendijs obest, juris autem error nec feminis in compendijs prodest. Et ut notat *Gothofred. ibid.* juris error ubi de damno evitando agitur, non nocet, ubi de lucro captando nocet etiam feminæ: Error facti in neutro casu nocet. Nec sufficit ad præscriptionem bona fides Theologica, hoc est bona conscientia, sed requiritur bona fides civilis, id est, quæ caret vicio præscriptionem ex dispositione juris prohiben-

ente: ut in præfenti prohibet præscriptionem cum errore juris: attamen ipsum jus concedit etiam cum hac ignorantia juris præscriptionem 30, vel 40. annorum, quod non solum in Jure Civili, sed & in Canonico servandum est: arg. *e. 4. de Emption. & vendit.* At verò ignorantia juris non liquidi, sed undique controverti, bene stat cum bona fide, & ad usucapionem deservit. *Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 64. n. 13. Less. de Just. lib. 2. cap. 6. n. 14. & alij:* quinimo licet juris error non sufficiat ad præscribendam rem, circa quam error veritatur, sufficit tamen ad præscribendos fructus ex tali re perceptos: arg. *L. 25. §. 6. ff. de Petit. hered.* Nam error circa fructus videtur esse error facti, potius, quam juris: quatenus possessor credit, eos ex re sua percipere. *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 6. n. 15. Navarr. Covarr. & alij.*

239 Si Titius v. gr. incepit bona fide possidere rem, ejus tempus prodest ad continuandam usucapionem successorum universali ipsius, hoc est, ejus hæredi, qui in universum jus defuncti succedit. Item prodest singulari ejus successorum, v. g. emptori, donatario, vel legatario, nisi mala fides ipsius superveniat. *§. 12. Instit. de Usucap.* quia antecessores in usucapione tradunt rem suis successoribus cum omni jure, quod ipsi habebant: ac proinde illud tempus, quo testator, vel venditor, vel donator rem possiderunt, debet computari, & continuari ad complendum tempus ad usucapionem requisitum. *L. 16. tit. 29. p. 3. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 65. n. 3.* Profecto hæres immediatus, qui una persona cum defuncto censetur, non potest usucapere pro hærede rem à defuncto mala fide possessam. *§. 12. Instit. de Usucap. L. fin. C. Commun. de Usucap. Molin. de Just. & Jur. tr. 2. D. 65. num. 4.* etiam si bona fide acceperit, & possiderit. *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 6. num. 42.* poterit tamen eam alio titulo, ut legatarij, donatarij, vel empti usucapere, dumtamen ipse bonam fidem habeat, etiam si à male fidei possessore accepisset. *L. 5. ff. de Divers. tempor. præscript.* ubi dicitur, quod vitium auctoris non nocet donatario, nec legatario. *Less. de Just. & Jur. lib. 2. cap. 6. n. 44.* Hæres tamen mediatus, scilicet hæres hæredis defuncti, qui mala fide possedit, dumtamen ipse hæres mediatus, & ille cui immediatè succedit, habeant bonam fidem, potest rem usucapere, saltem à tempore suæ possessionis. Nam licet jus fingat in immediato successore malam fi-

dem defuncti inventi, illa mala fides facta non fingitur in alio successore, nec derogat fictio fictionis, sicut umbra umbrae non datur. *Molina de Just. & Jur. tr. 2. D. 65. n. 7. Less. de Just. lib. 2. cap. 6. n. 43.* Successor tamen particularis, ut emptor, legatarius, vel donatarius, cum non repræsentet suum Authorum, non succedit in ejus vitia, ac proinde nec in ejus malam fidem: Unde si ipse successor bonam fidem habeat, præscribere valet, quamvis venditor, donator, vel testator malam fidem habuissent: non tamen utitur accessione temporis sui antecessoris, seu auctoris, sed à propria possessione incipit usucapere. *§. 12. Instit. de Usucap. Covarr. Molin. & Less.* Nec mala fides antecessorum in Universitate, Civitate, Collegio, vel alia Communitate nocet suis successoribus ad præscribenda jura, vel bona ab ipsis bona fide possessa: quippe mala fides est quid facti. *L. 48. §. 1. ff. de Acquir. rer. domin.* & non debet transire ad successores particulares, qui talem rem ignorant esse alienam. Qui enim in alterius locum succedunt iustam ignorantiam causam habere censentur. *L. 42. ff. de Reg. jur. in Vaq. Monach. lib. 2. Controv. cap. 71. n. 5. Barb. de Præscript. p. 3. q. 17. n. 3. & alij contra Fachin. lib. 8. Controv. cap. 25. & alior.* Si Prælato notoriè contesti, rem alienam ab Ecclesia, vel Monasterio possideri debet, ut bonus administrator eam restituere; arg. *e. 12. in fin. D. 54. ibi: Nihil perire credimus Ecclesiasticis utilitatibus, si qua sunt aliena, reddantur.* Si tamen ipse solus sciat, rem esse alienam, & hoc posset probare, quando bona Prælati, & Capituli non sunt communia tenentur Capitulum monere: secus si non posset probare; arg. *e. 2. 6. q. 2.* quia Capitulum non tenetur, ei in sui præjudicium credere: sed Capitulum, siquidem bonam fidem habeat, præscribere valet. Si verò bona sint communia, cum præscriptio sit odiosa, mala fides Prælati præscriptioni nocet. Et quamvis in *L. 13. tit. 29. p. 3.* dicitur, quod Dominus habens malam fidem potest usucapere rem à servo bona fide possessam, causa peculiaris, hoc non habet locum de jure hodierno, ut notat *Greg. Lop. ibid. V. Maguer supiess.*

240 Cum in jure præsumatur ignorantia ubi non probatur scientia. *L. 21. ff. de Probation. e. 47. de Reg. jur. in 6.* & bona fides in ignorantia consistit, quis ignorat, rem esse alienam, & consequenter iudicat esse suam, inde est, quod bona fides præsumatur: ac proinde malam

fidem obiciens eam probare debet. *L. 10. tit. 29. p. 3. ibi. Entenderse, y a que avria buena se en tenerla, fassa que se probasse lo contrario.* Et quidem mala fides solet ex conjecturis probari, v. gr. Si quis emit rem non servatis juris solemnitatibus, vel à lustore, prodigo, filio familias; vel si ex fama, vel ex relatione scivit, esse alienam: vel si non curavit videre mandatum Procuratoris vendentis: vel si, insolitis cautelis contraxit, vel absente Domino, vel si possideat sine titulo, vel cum titulo improbat, vel si post possessionem adeptam, titulum habere procuravit, vel si spreta denuntiatione, ne emeret, adhuc emit. De quibus, & alijs conjecturis latius *Menech. de Arbitr. cas. 225. Mascard. & alij.* Et præcipue, si usucapiens habeat in sua potestate instrumenta, vel scripturas probantes, illam rem esse alienam, mala fides absque dubio præsumitur, cum de quolibet credatur, habere notitiam tenoris suorum instrumentorum. In Nostra Hispania jus exequendi, quod oritur ex instrumento publico præscribitur, & extinguitur, si decennio creditor illud non intenderit. *L. 63. Taur. L. 6. tit. 15. lib. 4. R. G.* Et sane debitor, etiamsi malam fidem habeat, præscribit hoc jus vel ut communiter dicitur, viam executivam, quia cum jus exequendi sit, qualitas à jure inducta, potest ab ipso jure tolli, ut hac qualitas transcurfu decenij tollitur: Si quidem adhuc eo jure ablato, manet creditori actio adversus debitorem, quam potest inrentare in via, quæ ordinaria dicitur: quæ quidem non aliter, quam cum bona fide ex parte debitoris præscribitur. *Greg. Lop. in L. 22. tit. 29. p. 3. V. Treinta años.* Et bene notat, quod hac præscriptio juris exequendi, seu executivi procedit contra Ecclesiam, quæ peteret executionem virtute instrumenti.

241. 3. Requisitus est **Titulus**, qui sic dicitur quia *tuetur*, seu *definit* dominium, vel quasi dominium, possessionem, vel quasi possessionem, vel aliud quodcumque jus, potestque sic describi: *Titulus est illa causa, quæ ex se est habilis, & apta ad transferendum dominium, vel aliud quodcumque jus.* Et cum iuxta possessionis sit fundamentum. *L. 6. C. de Acquir. & retinend. posses.* Omnino ad præscriptionem requiritur. *L. 27. ff. de Usucap. c. 17. b. t. L. 9. tit. 29. p. 3. ibi: E que la aya por alguna derecha razon, assi como por compra, o por donadio, o por cambio, o por otra razon semejante destas.* Titulus est quadruplex: nam alius est *verus* ille, scilicet,

qui nullum includit errorem, v. gr. Si quis emat rem ab eo, qui verè est ejus Dominus, habet verum titulum ex empto: sed hic ad præscriptionem non deservit, cum statim dominium transferat, quin aliquis temporis cursus requiratur. Alius est *putativus*, seu *existimatus*, quando scilicet verè non adest titulus, creditur tamen adesse: v. g. si hæres tamquam legatam tradat alicui rem, quæ verè non est legata: & hic ad usucapionem sufficit. *L. 48. ff. de Usucapion.* nisi in eo error facti proprii interueniat: Hic namque, ut diximus, non toleratur in jure. §. 11. *Inst. de Usucapion.* Alius est *coloratus*, seu *apparens*, qui scilicet, verus apparet, cum talis non sit ob occultum vitium: v. g. si quis emat rem à non Domino, quem Dominum esse credit: vel etiam si à Domino emat, qui tamen potestate rem alienandi caret. Hic tamen sufficit ad usucapionem, sed non requiritur, cum etiam sufficit titulus putativus. Alius est *presumptus*, qui scilicet à jure præsumitur, cum fortè non intervenit, nec possit in specie à parte allegari: v. gr. si Titius longo tempore possedit rem, ejus Dominus creditur. Hic tamen titulus non sufficit ad præscriptionem ordinariam. *L. 27. ff. de Usucapion.* In præscriptione tamen longissimi temporis, vel centenaria, vel immemoriali antiquitas possessionis pro titulo habetur. *c. 15. V. Præscriptionum, 16. q. 4.* nisi contra possidentem fieri mala fidei præsumptio, vel ita jus ei possessioni resistat, ut adversario assit, v. gr. si extraneus Clericus in aliena Parochia velit decimas præscribere: nam cum jus assit Parocho contra extraneum, est necessarium allegare, & probare titulum, vel saltem possessionem immemorabilem. Et quidem licet illi, qui tempore immemoriali rem possedit, adeo longa possessio pro titulo præsumpto deserviat: si tamen simul cum possessione titulum habeat vitiosum, id est, talem, qui non sit ex se aptus, nec sufficiens ad transferendum dominium, ut titulus depositi, commodati, vel præcarii, nulla omnino est talis præscriptio, quamcumvis immemorialis: quia vitium tituli præsumptioni bonæ fidei obstat, cum veritatis vitij in titulo patetis, cedat præsumptio legitimitatis ejusdem.

242. Titulus ergo ad præscriptionem requisitus talis debet esse, ut si Dominus ex eo titulo rem traderet, transferret profecto dominium, & quia tradens non est Dominus, solum jus præscribendi transferretur. Talis enim titulus dicitur *justus*, &

legitimus, quia est à jure ad præscriptionem, seu usucapionem requisitus. Ille verò titulus, qui in vero Domino positus, non esset sufficiens ad transferendum dominium, nec erit sufficiens ad jus usucapiendi transferendum, si à non Domino procedat: Hinc commodatarius, conductor, colonus, inquilinus, depositarius, creditor pignoratitius, usufructuarius, qui rem habet precario, & alij hujusmodi non præscribunt rem commodatam, conductam, depositam, pignoratam, vel precario habitam. *L. 4. tit. 15. lib. 4. R. G.* Quia hi tituli ex se non sunt apti ad transferendum dominium, quamquam à verò Domino originem ducant. Usucapit tamen ille, qui rem accipit, ex titulis sequentibus, scilicet, *Pro emptore* usucapit, qui rem à non Domino, vel à Domino, qui alienare non poterat, emit. *Pro soluto* usucapit, qui rem indebitam, quasi debitam ab alio accipit, non expresse titulo debendi. *Pro hærede* præscribit hæres non solum extraneus, sed etiam suus, qui inter res hæreditarias accipit aliquam rem, quæ non erat defuncti. *Pro donato* usucapit, qui accipit rem ex donatione, quæ jure potest intercedere: Nam si filius à patre aliquid acciperet, non posset pro donato usucapere: quia hæc donatio non sufficitur in jure. *Pro derelicto* præscribit, qui occupat rem à non Domino derelictam. *Pro suo* etiam potest quis usucapere, non quatenus hic titulus est generalis alios comprehendens, sed prout est specialis: v. g. Si quis tanquam thesaurum apprehendat rem causâ securitatis defosam, eam pro suo præscribit. Et similiter dicendum est de titulis pro dote, pro legato, pro socio, pro judicato, pro tractato, permutacione, & alijs hujusmodi, qui late, & diffusè in Pandectis inveniuntur. *L. 9. l. 15. tit. 29. p. 3.* Hi enim tituli, si à vero Domino procederent, transferrent dominium, ac proinde à non Domino procedendo transferunt jus præscribendi. *L. 9. tit. 29. p. 3. ibi: Por tiempo queriendo ganar algun ome cosa mueble, ha menester primeramente, que aya buena fe, en tenerla, o que la aya por alguna derecha razon, assi como por compra, o por donadio, o por cambio, o por otra razon semejante de estas.* Et etiam ad jurium præscriptionem justus, pro jurium qualitate, titulus requiritur: ac propterea omnes servitutes, quæ iusto titulo sunt munitæ: quia aliquis à Domino putativo fundi eas obtinuit, tempore ordinario præscribuntur. *L. fin. in fin. C. de Præscript. long. tempor.* Et sanè usucapio-

fructus non aliter tempore ordinario potest præscribi, quam si adit justus titulus ob magnum præjudicium, quod talis præscriptio assert. At verò servitutes reales continuæ, quæ scilicet actum continuam habent, ut aqueductus, sine titulo præscribuntur tempore ordinario: attamen scientia, & patientia Domini loco tituli habentur: quæ quidem patientia, & scientia junctæ cum bona fide præscribentis ad præscriptionem utique sufficiunt. *L. 10. ff. Si servit. vindicet, ibi: Non est necesse docere de jure, quo aqua constituta est, velut ex legato, vel alio modo, sed utilem habet actionem, ut ostendat per annos fortè tot usum se non vi, non clam, non precario possidisse.* Servitutes tamen discontinuæ, quæ scilicet requirunt factum hominis pro quolibet actu, ut iter, actus, & via, titulo quidem indigent, ut tempore ordinario præscribantur; sine titulo tamen tempore immemoriali præscribuntur. *L. 1. l. 2. ff. de Aqua plu. arcend.*

243. 4. Requisitus est **possessio**: sine hac enim præscriptio non potest procedere. *c. 3. de Reg. jur. in 6. c. 17. b. t. L. 25. ff. de Usucapion.* Sive talis possessio verè talis sit, qualis est respectu rerum corporaliū: sive quasi possessio sit, qualis est respectu jurium, & rerum incorporaliū, & quidem talis possessio debet ita haberi à præscribente, ut sibi, & suo nomine possideat: non verò nomine alterius: Si quidem is possideret dicitur, cujus nomine possidetur. *c. 17. b. t. ac proinde ipsi præscribitur. L. 9. tit. 29. p. 3. ibi: E aun ha menester, que sea tenedor della por sí mismo, o por otro, que la tenga en su nombre continuadamente tres años à lo menos.* Sic præscribunt servus Domino, filius patri, Tutor pupillo, & Curator minori. Et hac itidem ratione conductor, colonus, depositarius, commodatarius, creditor pignoratitius, & similes præscribere sibi non possunt rem locatam, depositam, commodatam, pignoratam, vel simili modo habitam, cum non proprio, sed alieno nomine possideant. *L. 9. l. 22. tit. 29. p. 3.* Et sanè possessio ad præscribendum debet esse civilis, hoc est, detentio rei cum opinione dominij. *Arg. L. 55. ff. de O. & A.* Et hac sine naturali sufficit: scus naturalis sine civili. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 62. n. 1.* Possessio merè civilis, & sine naturali tunc habetur, quando solo animo rei nostræ, etiam absentes, insitimus: Civilis tamen, & naturalis simul aptissima quidem, licet non necessaria, ad usucapionem est. *Less. de Just. lib. 2.*

cap. 6. n. 5. Possessio quidem ad usufructum nem requisita debet esse continuata, vel in uno eodemque usufructu, vel in ipso, & alio, vel alijs successoribus. Si enim interrumpatur, non deservit ad usufructum. Et hinc cum præscriptio à possessione oriatur, tantum quæ præscribit, quantum possidet, & non amplius. Unde emphyteuta, & usufructuarius non præscribunt dominium fundi, quia illum non possident civiliter: possunt tamen contra proprietarium præscribere dominium utile, & jus fruendi, quia hoc modo suo nomine civiliter possident. *Molin. de just. & jur. tr. 2. D. 62. n. 4.* Similiter Prælati inferior solum præscribit contra Episcopum illa jura, quæ exercuit, & quasi possedit: etiam si habuisset intentionem præscribendi universa Episcopi jura: nec talis possessio extenditur de jure ad jus, nec de casu ad casum. *c. 15. c. 18. b. t.* Ad eò tamen, ut si talis Prælati solus exercuit talia jura, vel jurisdictionem, ea præscribit privative; & Episcopus nequit amplius ea exercere. Si tamen ipse, & Episcopus simul exercuerunt talia jura, vel jurisdictionem, præscriptio erit cumulativa, ac proinde uterque poterit illi juribus, vel jurisdictione uti. *L. fin. C. de jurisdict. C. 17. de Heret. in 6.*

244. Qui tamen est incapax aliquid possidendi, est per consequens incapax illud præscribendi. *L. 25. ff. de Usucap. c. 3. de Reg. jur. in 6.* Sic Laici nequeunt præscribere spiritualia, ut jus eligendi, conferendi Beneficia Ecclesiastica, cognoscendi causas Ecclesiasticas, vel Clericorum, nec jus decimandi, & alia hujusmodi: quia sunt incapaces talia possidendi sine Pontificis privilegio. *c. 7. b. t.* præscribere tamen possunt libertatem, seu exemptionem solvendi decimas: siquidem talem libertatem possidere valent. Nec Religiosi professi possunt sibi præscribere: quia ob votum paupertatis sunt incapaces adquirendi dominium. *Molin. de just. & jur. tr. 2. D. 62. n. fin.* Nec matrimonium præscribitur, ita ut intelligatur longa possessio, seu cohabitatione putativorum conjugum contractum. Nec item præscribitur contra illud, ita ut longa separatione legitimorum conjugum distractum censatur: siquidem solum contrahentium consensu legitimo ab Ecclesia approbato contracti potest: & semel contractum indissolubile redditur: nec jam amplius est in contrahentium potestate ejus vinculum dissolvere. Similiter nec professio religiosa præscribitur, ita ut longa habitus pos-

sessione quis Religiosus constituitur: nec contra eam præscribitur, ita ut quis verus Religiosus desinat etiam per diuturnam habitus depositionem, & non observantiam status, & vitæ religiosæ: siquidem professio solum consenti profitentis à Religione acceptato emittitur, & solum Pontificis dispensatione dissolvitur. Nec item potest præscribi exercitium ordinis sacri, quia sine ordinatione Laicus est incapax aliquem actum ordinis exercendi. Nec exemptio ab obedientia legitimo Superiori debita, potest à subditis præscribi, quamvis pro subditis se gerunt. *c. 12. b. t.* quia non habent possessionem exemptionis, & immunitatis. Prælati vero inferior, v. g. Abbas, vel Archidiaconi potest contra Episcopum aliqua jura præscribere: de quibus sic habetur in *c. 18. b. t. ibi: Quis prædictus Abbas ostendit, Monasterium suum super institutionibus, & ordinationibus Plebani, & Clericorum, baptismo, & penitentia in levioribus culpis, & spualura, decimarum perceptione, ac Dicinis Officiis celebrandis, tam in plebe, quam in capellis prædictis in excommunicando, atque interdicendo, & etiam absolvendo legitima præscriptio nunitum: Abbatem ipsium ab impetitione tua super jam dictis articulis diximus absolvendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, & capellis prædictis sententialiter condemnantes.* Ut igitur præscribens probet, suam possessionem esse continuatam, sufficit, si probet ejus initium, medium, & finem. Nam ex his in reliquis temporibus præsumitur possessio: imò si probet olim possedisse, & nunc possidere, medio, inter utrumque tempore possedisse præsumitur. Denique si probet, se antiquius possedisse, præsumitur adhuc de presenti possidere; *arg. c. 17. de Restit. spoliator. l. 11. ff. Finium regum. l. 10. tit. 14. p. 3.*

245. 5. Requisitum est tempus. Hoc enim necessarium ad præscriptionem requiritur: & currit, non de momento ad momentum, sed de die in diem, & ad complendam præscriptionem sufficit, quod sit ultimus dies inceptus. *L. 6. l. 7. ff. de Usucap. ibi: Ideoque, qui hora sexta a diei Kal. Januarii possidere cepit, hora sexta vobis pridie Kalendas Januarias implet usufructum.* Tempus in quadruplici differentia consideratur. 1. est tempus breve, quod scilicet minus decennio est. 2. est longum, quod inter præsentem decem annos, inter ab-

tes viginti includit. 3. est longissimum, quod scilicet 30. vel 40. annos continet. 4. est immortale, cujus quidem initij memoria non extat. Quodlibet equidem ex prædictis temporibus potest in varijs successoribus universalibus, seu particularibus continuari, donec integrè possessio, dum non interrumpatur possessio, nec mala fides superveniat. *L. 14. ff. de Usucap. l. 16. tit. 29. p. 3.* ubi additur, quod si præscribens aliquam rem, eam alteri det in pignus, potest perficere usufructum, computando illud tempus, quo res apud creditorem fuit. Pro varietate igitur rerum, quæ præscribuntur, diversum tempus ad præscriptionem requiritur. Res etenim mobiles, quæ scilicet de loco in locum moveri possunt, ut pecunia, animalia, vestis, oleum, vinum, fructus, & alia hujusmodi, olim anno præscribentur. Sed ex Constit. Justiniani, ne Domini rebus suis maturius defraudentur, triennio præscribuntur, bona fide, & titulo accedentibus. *Pr. Inst. de Usucap. l. 9. tit. 29. p. 3.* Res immobiles, quæ scilicet moveri non possunt, ut prædium, domus, & alia hujusmodi, olim biennio in Italico solo, sed postea ex Justiniani Constitutio- ne, si talia bona essent privatorum, qui privilegium non habent, cum titulo præscribuntur inter præsentem decem annis: quia facilius possunt res suas apud alium exidentes agnoscere, inter absentes viginti annis præscribuntur. *Pr. Inst. de Usucap. l. fin. C. de Præscript. long. tempor. l. 18. tit. 29. p. 3.* si aliquis est partim præsens, partim absens, tempus absentia duplicatur. *L. 11. C. de Præscript. long. tempor. l. 20. tit. 29. p. 3.* ibi: *Asii, que si la two cinco años, estando amos presentes, è diez despues, que alguno dellos fuisse à otra parte, que la pueda ganar por esse tiempo.* Præsentem nunc intelligimus, qui in eadem Provincia habitant; absentes vero, qui in diversis Provinciis existunt. *L. fin. C. de Præscript. long. temp. l. 18. l. 19. tit. 29. p. 3.* Et ibid. *Greg. Lop.* ubi dicit, quod illi, qui sunt sub uno Præsidi, intelliguntur, esse in una Provincia, fecus aliter. Si servus cum bona fide, Domino præsentem, decennio, & eo absente, vicennio se pro libero gerat, libertatem præscribit. *L. 23. tit. 29. p. 3.* At vero sine titulo res privatorum mobiles, & immobiles inter præsentem, vel inter absentes triginta annis præscribuntur *arg. L. 3. l. 4. C. de Præscript. 30. vel 40. ann. L. 21. tit. 29. p. 3.* Et ibid. *Greg. Lop. Molin. de just. & jur. tr. 2. D. 63. in fin.* ubi ait: quod res mobiles sine titulo præ-

scribuntur 30. annis, tam adversus privatos, quam adversus Ecclesiam, etiam Romanam.

246. Ecclesia contra privatum præscribit non aliter, ac alius privatus, decennio inter præsentem, & vicennio inter absentes: quia ad hoc nullo ipsa gaudet privilegio, cum de lucro captando agat. Nec bona patrimonialia, & privata Clericorum ullo gaudent, quoad hoc, privilegio, ac proinde, sicut bona Laicorum præscribuntur. Similiter usufructus, cujus proprietas ad Ecclesiam pertinet, tempore ordinario præscribitur. Idem est de Jure Patronatus: idemque de emphyteuli, vel feudo, quando Ecclesia, est conscia de possessione, si vero nesciat, illa jura ab alio possideri, requiritur præscriptio 40. annorum, & si feudus, & emphyteusis ad Romanam Ecclesiam pertinet, centenaria requiritur præscriptio. *Molin. de just. & jur. tr. 2. D. 70. & 72. Barbof. in c. 8. & 13. b. t.* Et quidem licet de jure antiquo in *c. 1. c. 2. c. 4. c. 8. 16. g. 4.* ad præscribenda bona Ecclesiæ, quæcumque essent, sufficeret 30. anni: Hodie tamen res mobiles Ecclesiæ triennio præscribuntur cum titulo, & sine eo 30. annis, etiam si sint bona Romanae Ecclesiæ: bona tamen immobilia, in quibus Ecclesia habet veram dominium; item jura, census, servitutes, & actiones ad Ecclesiam pertinentes, imò ipse fundus totalis Ecclesiæ præscribuntur à quolibet privato, etiam Laico saltem cum titulo quadraginta annis. *c. 4. c. 6. b. t. Auth. Quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccles. l. 26. tit. 9. p. 3.* quin & idem tempus requiritur, etiam una Ecclesia contra aliam præscribitur. *c. 6. c. 8. b. t.* quia Ecclesia præscribens non est privilegiata, nec jus ipsi favet ad captandum lucrum, sed tantum, ut viter damnetur. Et eadem præscriptio extenditur ad Monasteria, Hospitalia, & alia loca religiosa; & ad legata, & causas pias. *Glof. in c. 4. b. t. V. Quædragenaria. Molin. de just. & jur. tr. 2. D. 71. n. 3.* item ad legata pauperibus in genere relicta, & alia hujusmodi. Idem est de bonis dicendam est de actionibus, & alijs juribus Ecclesijs, & locis pjs competentibus: ac proinde contra Ecclesias, & pia loca solum 40. annis præscribuntur. *Auth. Quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccles. si aliqua res, vel jus ad Ecclesiam, & privatum simul spectet, siquidem res indivisibilis sit, privatus gaudebit privilegio Ecclesiæ; ac proinde præscriptio nisi quadragenaria; *arg. L. 10. ff. Quædam mod. servit. amit.* si potest dividi, diversa, &*

brevior præscriptio erit contra privatum, quam contra Ecclesiam; *arg. L. un. C. Si in commun. Si res immobilis privati incepta est ab alio possideri, ita ut dimidium temporis ad præscriptionem requisiti sit elapsum. V. g. quinque anni, & ad Ecclesiam res transeat, per 20. annos perficitur præscriptio, quæ quidem in prima temporis prædierate, erit ordinaria: & privilegiata in secunda; *arg. L. 20. tit. 29. p. 3. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 72. n. 5.**

247 Res immobiles Ecclesiæ Romanæ, actiones, servitutes, obligationes, & jura illis adhærentia solum centum annorum tempore præscribuntur. *c. 13. c. 14. c. 17. b. t. Auth. Quas actiones. C. de Sacrosanct. Eccles. L. 26. tit. 29. p. 3. ibi: Pero las obras, que perteneciesen a la Iglesia de Roma tan solamente, non las podría ningun ome ganar por menor tiempo de cient años.* Item ex privilegio Leonis X. & Pij IV. contra Ordines Mendicantes, immediate subiectos Sedi Apostolicæ solum currit centum annorum præscriptio. *Molin. Rodrig. Lavr. lib. 3. p. 2. n. 534.* Bona Ecclesiæ exempta, si non sit specialiter exempta, quadraginta annis præscribuntur. Quod si agatur de tollendo jure exemptionis talis Ecclesiæ, centenaria præscriptio requiritur: quia in hoc casu non tantum sit præjudicium illi Ecclesiæ, ut quando præscribuntur ejus bona, & jura; sed etiam Ecclesiæ Romanæ sit præjudicium: illius quippe interest plures habere exemptos, & tibi immediate subiectos. *Cl. 2. de Sentent. & re judic. Beneficium quidem Ecclesiasticum nunquam præscribitur sine titulo colorato, quia deficiente institutione Canonica, saltem existimata, non habetur bona fides, nec aliter possunt Beneficia obtineri, quam collatione, seu institutione Canonica. c. 1. de Reg. jur. in 6. Et quidem hodie ex Regula 3. Cancellariæ, si quis, habilis quidem ad beneficium obrinendum, bona fide, & cum titulo colorato pacifice possiderit beneficium per triennium, quod quidem ipse sit ingressus absque reali limonia, neque sit intrusus in beneficium Apostolicæ dispositioni reservatum; non potest super eo amplius molestari: & est tutus non solum in foro externo ad vitandas lites, sed etiam in foro conscientie ad tollendos scrupulos. Deinde, hæc regula de Trienniali juvat Clericum Sæcularem, si beneficium Regulare, & Regularem, si beneficium Sæculare possideat. Hac item regula gaudent commendæ perpetuæ, officia Ecclesiastica, Hospitalia data in titulum, beneficia etiam Juris Patronatus, & etiam reservata*

extra casum vacationis per obitum in Curia: Manualia tamen beneficia hæc regula non gaudent. Fructus tamen beneficij cum sint res mobiles triennio præscribuntur. *Late Sanchez, lib. 2. Consil. cap. 1. ex dub. 20. Lavr. lib. 4. ex n. 689.*

248 Res immobiles Civitatum præscribuntur centum annis. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 74. n. 4. Covarr. & alij. Ex L. 24. C. de Sacros. Eccles. contra alios, qui tenent 30. annis præscribi. Ex Auth. Quas actiones. C. de Sacros. Eccles. quia hæc constitutio non loquitur de Civitatibus, sed tantum de Ecclesijs. Sed in nostra Hispania res Civitatum, quæ non pertinent ad usum publicum, 40. annis præscribuntur. *L. 7. tit. 29. p. 3.* Etiam servitutes, & jura, ut notat *Greg. Lop. ibid. V. De 40. años, ubi addit, quod si Civitas in illa re solum quasi dominium habeat; quia illam usucapiebat, potest ab alio, qui postea illam habeat, tempore ordinario præscribi. Bona patrimonialia Principis, cum nihil in contrarium disponat jus, tempore itidem ordinario præscribuntur. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 74. n. fin. Covarr. & alij:* quæ tamen ad coronam spectant, & non repugnat, à privatis adquiri, ut saltus, prædia urbana, vel rustica centum annis præscribuntur; *arg. L. 24. C. de Sacrosanct. Eccles. ubi Civitatibus non obstat nisi centenaria præscriptio. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 74. n. 4. Covarr. & alij.* Si ad Fiscum pertineant, & illi jam sint incorporata: quia sententia lata est, & in effectu fiscus ea usurpavit, 40. annis præscribuntur. *L. 4. C. de Præscript. 30. vel 40. añs.* si tamen bona adhuc non sint fisco incorporata per sententiam, ita ut ea de facto fiscus obtineat, etiam si culpa ab aliquo sit commissa, cui ipso jure est imposita poena confiscationis ob aliquod crimen: tunc contra fiscum sæcularem deservitur quis quinquennio: v. g. si ob non solum vitægaliquid incidat in commissum: si quinquennio non petat fiscus, expirat jus ad petendum. *L. 2. C. de Vetiig. & commis. contra fiscum Ecclesiasticum; si sit Ecclesiæ Romanæ, centum annis; si alterius non habentis privilegium, 40. annis præscribuntur. Bona hæreticorum, & apostatarum debita fisco sæculari quinquennio præscribebantur. Contra fiscum tamen Ecclesiasticum nullo tempore ab hæreticis, vel ejus successoribus præscribuntur: nisi successores ignorent, quod sint bona hæreticorum, quia forte tales hæretici, dum viverent, putabantur catholici, & postea hæreticos fuisse appareat. Tunc enim possunt****

sunt successores talia bona, etiam immobilia, 40. annis præscribere. *c. fin. b. t. in 6. Et licet in nostra Hispania bona hæreticorum fisco Regio addicantur. *Ex c. 13. §. 1. de Hæreticis.* Tamen non aliter, quam si fisco Ecclesiastico addicerentur, præscribuntur. *Anton. Gom. 3. Var. cap. 1. n. 81. Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 73. ex n. 4. Carena de Offic. Inquis. q. 15. Guid. n. 2. f. 503.* Quod si bona nondum incorporata non spectent ad fiscum ob aliquod crimen, sed alia ratione, v. g. quia morte decedentis sine hæredibus sunt vacantia, si nondum sunt denunciata fisco, præscribuntur, sicut cætera privatorum bona, triennio scilicet, si mobilia sunt, & decennio, vel vicennio, si sint immobilia. Et si deest titulus, 30. annis præscribuntur. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 73.* Quod si denunciata sint, & per quadriennium continuum ea non petat fiscus, jus ad ipsa vacantia amittit. *L. 1. C. de Quadrigen. Et ibid. Gotbofr.**

249 Vassallus contra Dominium potest dominium directum præscribere, si Domino possessionem intervertat, negando ei feudum, quando ab eo exigatur, & afferens liberum, & allodiale esse illud prædium, vel territorium. Et quidem 30. anni sufficiunt, ut feuda extinguantur, & fiant allodialia, quatenus dominium directum cum utili consolidetur. Item 30. anni sufficiunt, ut feuda fiant libera, & allodialia, si extraneus, ut talia bona fide possideat: deinde, ut feuda jam constituta de uno Vassallo ad alium transeat. Et denique 30. anni sufficiunt, ut res libera, & allodiales in feudales transeat, si Dominus illas tamquam feudales possiderit. Majoratus, primogenitura, & alia res, quæ alienari prohibentur, ut fundus dotalis, & fideicommissum possunt induci, & constitui in esse talium, juxta *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 75. n. 9.* cum titulo tempore ordinario: sine eo 30. annis, ita ut bona, quæ sua natura non essent tali vinculo affecta, eo esse affecta probentur per temporis prædicti transcursum. Alij tamen adhuc requirunt 40. annos cum titulo, & sine eo tempus immemorabile. At verò ut bona alienari prohibita, vel affecta aliquo vinculo, ut bona majoratus, præscribantur, tempus immemorabile requiritur. *Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 79. n. 9. Covarr. & alij contra Lug. & alios.* Si verò talia bona præscribi ceperunt tempore, quo libera erant, licet postea tali vinculo afficiantur, adhuc præscribuntur eodem tempore, ac si ta-

lem rationem prohibitionis non essent sortita. *L. 16. ff. de Fund. dicit. Molina de Just. tr. 2. D. 97. n. 9.* In nostra Hispania tempus immemorabile requiritur, si titulus non addit, ad probandum, aut quia bona esse affecta vinculo majoratus, debetque probari per testes bonæ famæ, quod per tempus immemorabile talia bona temper fuerunt possessa à primogenitis, exclusis cæteris fratribus. *L. 41. Taur. l. 1. tit. 7. lib. 5. R. C.* Talis enim præscriptio habet vim tituli legitimi, & concessionis: ac proinde facultas à Principe ad translationem, & alienationem concessa præsumitur. *L. 3. §. 4. ff. de Aquæ quæst. nec minor tempore præscribitur. *L. fin. §. fin. C. Commun. de Legat. quia cum possidens majoratum non possit illius transferre dominium, talis titulus non est satisfaciens ad transferendum jus usucapiendi. *Gomez in L. 40. Taur. n. 90. contra alios.***

250 Servitutes personales cum bona fide, & titulo præscribuntur 10. annis inter præsentés, & 20. inter absentes. *L. fin. C. de Præscript. long. temp. Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 70. n. 4.* Servitutes reales, quæ à prædio quidem serviente debentur prædio dominanti, sive urbanum sit, ut ædificium, sive rusticum, ut fundus, & sive servitus sit affirmativa, quæ scilicet Dominus prædij dominantis aliquid in alieno prædio potest facere, ut iter, actus, viam: sive servitus sit negativa, ut cuius Dominus prædij servientis aliquid omniter tenetur, ut servitus alienus non tollendi, & Dominus prædij dominantis potest aliquid positive prohibere: Hæc quidem servitutis præscribuntur 10. annis inter præsentés, & 20. inter absentes. *L. fin. C. de Præscript. long. temp. Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 70. n. 5.* Possessio servitutis affirmativæ incipit à die, quo quis ea uti cepit: v. g. tignum immitendo, vel aquam ducendo: possessio verò servitutis negativæ incipit ex die, quo præscribens prohibet actus tollere: v. g. & acquiescit Dominus rei. Tunc enim incipit possidere ille, qui prohibuit. Servitus continua, ut tigni immitendi, aquæ ductus, vel utilitatis, etiam sine titulo præscribitur 10. annis inter præsentés, & 20. inter absentes: quia scientia, & patientia Domini loco tituli habentur. *L. 1. C. de Servitut. l. 15. tit. 31. p. 3. ibi: E esto fruisse à buena fe, cuidando que havia derecho de lo fazer, è non por fuerza, nin por ruego. Et ibid. Greg. Lop. V. E non lo contraheciendo. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 70. num. 7.* Servitus verò discontinua, ut eundi per alie-*

alienum fundum, vel agendi curram; licet cum titulo præscribatur 10. annis inter præsentem, & 20. inter absentes: at vero sine eo, cum non facile possit adverti ejus usus, sicut potest adverti in continua, tempore tantum immemoriali præscribitur; arg. L. 14. ff. de Servitut. l. 15. tit. 31. p. 3. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 70. n. 7.* Sicut enim servitutes per usum adquiruntur, & constituntur, ita per non usum etiam amittuntur constituta. Et quidem servitutes reales per non usum amittuntur 10. an. inter præsentem, & 20. inter absentes. L. 13. C. de Servitut. ad rusticas autem amittendas nullus actus prædij servientis, quo suam præscribat libertatem, necessarius est; sed sufficit, quod ille, cui hujusmodi servitutes debentur, eis non utatur: Nam hoc præcisè eas amittit: nec item requiritur bona fides ex parte præscribentis. *Greg. Lop. in l. 16. tit. 31. p. 3.* ad amittendas tamen urbanas servitutes requiritur, quod Dominus prædij servientis positivè incipiat bona fide suam præscribere libertatem: v. gr. obstruendo foramen pro signo inittendo paratum. L. 6. ff. de Servitut. Urban. l. 16. tit. 31. p. 3. *Molin. de Just. & jur. tr. 2. D. 66. n. 8. & D. 70. n. 9. Less. de Just. lib. 2. cap. 9.* & lañus Gomez. In nostra Hispania servitus urbana amittitur per non usum 10. annorum inter præsentem, & 20. inter absentes; servitus rustica habens causam continuam, amittitur per non usum tempore immemoriali, discontinuè verò per non usum 20. annorum amittuntur, si vè inter præsentem, si vè inter absentes. L. 16. tit. 31. p. 3. *Et ibid. Greg. Lopez.*

251 Censibus, obligationibus, & præstationibus annuis præscribit debitor contra privatum 20. annis, contra Ecclesiam 40. annis: Et quidem non solum præstationibus, & censibus futuris, qui suo tempore præstandi sunt, sed etiam præteritis præscribit, seu illis obligationibus, seu præstationibus, quæ jam cessant ex generalitate. *Text. in l. 3. l. 4. C. de Prescript. 30. vel 40. annor. c. 4. c. 6. b. t.* Nam cum 30. annis præscribitur jus præstationis annuæ, 30. annis debet finire; arg. L. 35. ff. de Reg. jur. quia res eodem modo, quo acquiritur, dissolvitur: ac proinde si Colonus, vel Emphyteuta bona fide se pro immuni à tali præstatione gerens, cessat à solutione census, vel pensionis, ex eo tempore in possessione immunitatis consideratur, ac proinde incipit præscribere immunitatem à tali onere. *Durand. in Specul. tit. de Emphyt. §. 1.*

n. 52. *Menchaca Controv. cap. 55. & alij contra Mynsing. Layman, & alios,* qui duntaxat jus inter obligationes futuras, & præteritas versari tenent. Actio, & jus ad exigendum aliquid tamquam debitum: v. g. censum, vel pensionem præscribuntur eo tempore, quo res, quibus talia jura accedunt, præscribentur: nam illarum naturam sequuntur. Et præscribens incipit tale jus possidere, ex tempore, quo tale jus exigit ab alio, & hic sine contradictione reddit: at verò ad præscribendam immunitatem ab obligationibus, & actionibus est necesse distinguere inter varias actiones, & tempora. Nam olim, actiones civiles erant perpetuæ, nulloque actoris silentio amittebantur pr. *Inst. de Perpet. & tempor. act.* Sed hodie actionibus realibus præscribitur, hoc est, tales actiones extinguuntur cum titulo decem annis inter præsentem, & viginti inter absentes; arg. pr. *Inst. de Usucap. l. un. C. de Usucap. transform.* Actiones vero personales, & obligationes civiles, quæ ex contractu, vel quasi contractu oriuntur 30. annis extinguuntur, seu ipsis adversus creditores præscribitur. L. 3. C. de Prescript. 30. vel 40. an. Sed qui hanc immunitatem ab actione intendit præscribere, debet se negare alteri obligatum, vel se ut immunem gerere: nam si se obligatum agnoscat, illi non prodest non esse factam exactiorem à creditore: quia hoc est actus mere facultatis, in quo non habet locum præscriptio; arg. L. 15. tit. 31. p. 3. Legatus autem, & fideicommissis præscribitur contra legatarium, & fideicommissarium 30. annis. L. 3. §. fin. C. Comm. de Legat. Quoad actionem hypothecariam dicendum est, quod si debitor, vel ejus hæres possideat hypothecam, vel pignus quadraginta annis à die, quo solvendum erat debitum, præscribunt contra creditorem actionem hypothecariam; si alius tertius possidet cum titulo decem annis inter præsentem, vel viginti inter absentes: vel 30. annis sine titulo, eam præscribit contra creditorem, & jus hypothecæ finitur. L. 7. C. de Prescript. 30. vel 40. an. l. 27. tit. 29. p. 3. At verò si res mobilis, quam Titius præscripsit triennio, fuisse à Domino in pignus tradita, licet quoad dominium sit præscripta triennio contra Dominum, jus tamen hypothecæ non extinguitur, nec præscribitur contra creditorem, nisi tempore supradictò. L. 7. C. de Pignor. l. 17. tit. 29. p. 3. Querela inofficiosi testamenti finitur quinque annis ab adita hereditate. L. 34. C. de Inofficios.

testam.

testam. Actio redhibitoria, qua quis repetit pretium, quando error dedit causam contractui, lex mensibus elapsis finitur: qui incipiunt currere à die, quo emptor rei vitium scivit. Actio quanti minoris, qua emptor repetit partem pretij, quam non dedisset, si vitium rei cognovisset, uno anno finitur, nec amplius potest venditor molestari. L. 1. ff. de Adilitio edit. Rationes Reipublicæ subscriptæ, & expunctæ non possunt retractari adversus eum qui administraverit 20. annis elapsis; vel 10. adversus illius heredem. L. 13. §. 1. ff. de Divers. tempor. conditio Curialium, & ad scriptiorum non præscribitur. Nam ejus authoritas æterna esse jubetur. L. 5. C. de Prescript. 30. vel 40. an. l. 23. C. de Agricol. lib. 11. Hucusque diximus quod de Jure Communi ex communi sententia Doctorum in præscriptione diversarum actionum servatur. Jam ergo ad nostrum jus Hispanum transire oportet, cujus dispositiones ad litteram referam. Et sanè in L. 6. tit. 15. lib. 4. R. C. sic habetur: *El derecho de executar por obligacion personal, se prescribe por diez años, y la accion personal, y la Executoria dada sobre ella, se prescribe por 20. años, y no menos: pero donde en obligacion ay hipoteca, à donde la obligacion es mixta, personal y real, la deuda se prescribe por treinta años, y no menos, lo qual se guarda sin embargo de la Ley del Rey Don Alonso nuestro progenitor, que puso, que la accion personal se prescribiesse por diez años.* Et hac Lege revocantur. L. 22. l. 27. tit. 29. part. 3. Deinde in L. 9. tit. 15. lib. 4. R. C. dicitur: *Mandamos, que los que ovieren vivido con qualesquier personas de estos nuestros Reynos, sean obligados à pedir lo que pretendieren, que se les quedare debiendo del salario, y acostamiento que tuvieren de sus Señores, ò otro qualesquier servicio que les ayay hecho dentro de tres años despues que fueren despedidos de los tales Señores: y que passados aquellos, no lo puedan mas pedir: excepto si mostraren haverlo pedido dentro de los dichos tres años à los dichos Señores, y ellos no se lo ayay pagado, ni satisfecho. Y esto mismo mandamos, que se entienda, y estienda à los Boticarios, y Joyeros, y otros Oficiales mecanicos, y à los Especieres, Confiteros, y otras personas que tienen Tiendas de cosas de comer: los quales, passados tres años, no puedan pedir lo que huvieren dado de sus Tiendas, ni las bebvras que ovieren hecho.* Debet tamen supponi, quod Domini, alijque debitores habeant bonam fidem ad præscribendam:

Tom. I.

aliter non possunt hac Lege excusari à debito solvendo. *Accord. ibid. n. 49. Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 67. ex n. 2.* In aliquibus Hispania locis viget Lex fori, quæ habetur in L. 3. tit. 15. lib. 4. R. C. ibi: *En los fueros de algunas Ciudades se contiene, que el que tuviere, ò possyere Casa, ò Viña, ò heredad, por año, y dia, en paz, y en saz de aquel que se la demandà, entrando, y saliendo el demandador en la Villa, no sea tenuto à responder por ella: y es duada, si en la dicha prescripcion de año, y dia es menester título, y buena fe. Nos tirando esta duada, mandamos, que el que tuviere la cosa año, y dia, no se escuse de responder por ella en la possession, salvo si tuviere la cosa año, y dia, con título, y buena fe.* *Et ibid. Accord. Mo. in de Just. & jur. tr. 2. D. 69. n. 4.*

252 Obligaciones ex delicto descendentes, & actiones criminalis inde ortæ 20. annis, etiam quoad poenam, quam imponunt, finiuntur. L. 12. C. ad Leg. Cornel. de Fals. Nec requiritur bona fides, aut ignorantia poenæ stabilitate delicto, quia in foro conscientie non debetur ante sententiam. *Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 66. n. 3.* Hoc enim termino elapso, nec reus accusari, nec Judex contra eum inquirere valet, etiam si crimen sit notorium, & confessatum, nisi sit valde enorme, quod nunquam præscribitur, ut parricidium. L. fin. ff. ad Leg. l. omnes, de Parricid. vel stuprum mari, vel foeminae per vim illatum. L. 29. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. vel apostasia. L. 4. C. de Apostat. vel delictum parvus suppositi. L. 19. §. 1. ff. ad Leg. Cornel. de Fals. vel crimen læsæ Majestatis, hæresis, falsæ monete, assassinij, abortus, simoniae, & alia hujusmodi. Terminis viginti annorum currit à die commissi criminis, vel à die ultimi actus, si habeat tractum successivum. At vero actio adulterij, stupri, incestus, & lenocinij quinquennio extinguitur quoad poenas legales. L. 29. §. 6. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. Secus quoad poenas spirituales: nam etiam elapso quinquennio potest conjux innocens petere divortium contra adulterum. Eodem tempore finitur actio de peculatu. L. 7. ff. ad Leg. Jul. peculat. Actio tamen doli durat, & finitur biennio. L. fin. C. de Dolo malo. Actio injuriarum anno finitur. L. 5. C. de Injurijs.

253 Ceteras omnes præscriptiones excedit præscriptio immemorialis, illa scilicet, cujus initij memoria non extat, in quocumque tempore hoc fit: Hac

Za

enim

enim præ cæteris est privilegiata, adeo ut illam allegans non egeat titulum allegare, quia hic ex diuturnitate temporis præsumitur: nec ipsa intelligitur exclusa in Legge, vel privilegio, licet generaliter præscriptio excludatur: sed est necessarium, quod prohibeatur specialiter. *Arg. c. 81. de Reg. jur. in 6.* Et si præscribens est capax possessionis rei præscriptæ, talis præscriptio habet locum privilegij Principis. *L. 3. §. 4. ff. de Aqua quotid. c. 6. D. 65. c. 26. de V. S. juncta Glof. ibid. V. Non extat.* Et possunt hac præscriptione adquiri ea quæ alias non possunt præscribi, dum præscribens sit capax ea possidendi. Sic in Nostra Hispania possunt præscribi tempore immemoriali, & non minori spatio contra Regem, Civitates, Villæ, Oppida, jurisdictionis civilis, & criminalis, merum, & mixtum imperium, (excepto Supremo Regis imperio) aliaque jura ipsis annexa. *L. 1. tit. 15. lib. 4. R. C.* Etiam si non detur scientia, & patientia ex parte Regis: nec minus spatium esset necessarium, etiam si scientia, & patientia Regis daretur. Ut ibid. notat *Acevedo*. Mineræ, seu Fodina, Salina, & Tertia, licet sint de juribus Regalibus, tamen pertinent ad Regium patrimonium, & sic tempore immemoriali præscribuntur. Similiter præscribuntur Tabelliones instituendi facultas, vectigalium inductio, illegitimum legitimumque potestas, & alia hujusmodi, ut constat ex *L. 2. tit. 13. lib. 6. R. C. l. 1. tit. 1. l. 16. l. 17. tit. 27. lib. 9. R. C. Acevedo. in l. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. alios citans.* Si adsit titulus potest jurisdictionis 40. annis præscribi. *Acevedo. in l. 1. tit. 15. lib. 4. R. C. n. 3.* Modus enim probandi possessionem immemoriam specificè affertur in *L. 1. tit. 7. lib. 5. R. C.*

254 præscriptio, quæ ab initio bene cepit: quia omnia habebat requisita ad præscribendum necessaria, solet ex post facto impediri. Nam aliquando interruptitur: aliquando dormit: aliquando, etiam postquam est perfecta, rescinditur. *Interruptitur* quidem, quando ita cessat, ut si postea rursus ea res præscribatur, non continuatur præscriptio cum antecedenti, nec antecedentis tempus computetur quoad præscribendum cum sequenti. *c. 8. b. t. l. 29. tit. 29. p. 3.* Et duplex potest esse interruptio, *naturalis*, scilicet, & *civilis*. *Naturaliter* quidem interruptitur, si aliquid requisitum deficiat, postquam præscriptio inchoata est, v. g. si defuit bona fides in præscribente: vel si possessio amittatur. *L. 5. ff. de Usucap. l. 29. tit. 29.*

p. 3. l. 7. tit. 15. lib. 4. R. C. quod intelligitur de possessione civili: nam defectus possessionis naturalis non obest continuationi usucapionis, seu præscriptionis, ut bene notat *Greg. Lop. in dicta L. 29. Civilitate* interruptitur præscriptio, quando extinguitur per aliquem actum juridicum, ut fit per sententiam judicalem, quæ quidem directè tendat contra præscriptionem: nam si alios articulos concernat, præscriptioni non nocet. Per citationem tamen, vel etiam per litis contestationem non verè interruptitur; sed solum sub conditione, si præscribens succumbat: quod si absolvatur, præscriptio censetur continuata, ac si per litis contestationem non fuisset interrupta. *Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 78. n. 14.* In Nostra Hispania per citationem judicalem interruptitur præscriptio: ita ut postea secuta sententia contra præscribentem, censetur præscriptio à tempore citationis interrupta. *L. 29. tit. 29. p. 3.* Imò hodie quæcumque citatio, vel reconventio, vel denuntiatio, etiam extrajudicialis, si præscribentem in mala fide constituat, sufficit ad interruptendam præscriptionem, siquidem hæc in omnibus, & singulis momentis non in eadem requirit. *c. fin. b. t. Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 78. n. 17. Greg. Lop. in l. 29. tit. 29. p. 3. V. le fuisse emplazar.* Sententia excommunicationis, quæ in Cæna Domini quotannis promulgatur contra occupantes bona ad R. Ecclesiam pertinentia tantum fertur in malæ fidei, non in bonæ fidei possessores, ac proinde non interruptit præscriptionem, quæ bona fide contra illius bona est inchoata. *Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 78. n. 18. Covar. & alij contra Felin. & alios. Dormit* præscriptio, cum suspenditur, postquam legitime est inchoata, adveniente scilicet aliquo impedimento, quo sublato continuatur. Siquidem tempus non currit impedito, seu non valenti agere. *L. 1. C. de Annal. except.* sic dormit præscriptio contra Ecclesiam, quando hæc caret immediato Prælato, etiam si alios, mediatos tamen, habeat. *c. 4. b. t. c. 1. c. fin. Ne Sede vacant.* vel si Prælati est impeditus, & non potest agere, quia est captivus, excommunicatus, vel suspensus. Etiam tempore belli dormit. Idem est de tempore hostilitatis, vel pestis, vel similis impedimenti. *c. 10. b. t. Molina de Just. & jur. tr. 2. D. 78. n. 7. & 9.* Sic etiam dormit contra pupillum tempore pupillaris ætatis. *L. 3. c. de Præscript. 30. vel 40. annor. adversus mulierem, quoad fundum dotalem, vi-*

ven-

TIT. XXVII.

De Sententia, & re judicata.

255 **S**ententia, sic à sententiâ dicta, est Judicis pronuntiatio super re à litigantibus in judicio proposita, quæ vel reum absolvit, vel condemnat, vel declarat incurrisse penam à Lege statutam. Et ab his effectibus absolutoria, condemnatoria, vel declinatoria indigatur. *L. 1. l. 2. tit. 22. p. 3.* Tripliciter potest considerari sententia: alia quæ est præceptum, alia definitiva, interlocutoria alia. Præceptum est quod à Judice imponitur debitori contenti debitum, ut illud solvat. Si verò Judex, parte inaudita, jubeat ipsi aliquid solvere, vel si Judex comminetur, quod si intra tale tempus aliquid non solvatur, debeat solvi duplicatum, non habet vim sententiæ, nec præcepti. *L. 22. tit. 22. p. 3. Et ibid. Gr. g. Lop. V. Amenaza. Sententia definitiva est, quæ definit, & terminat litem quoad eam instantiam. c. 2. b. t. l. 2. tit. 22. p. 3.* Et hæc propriissime sententiæ sibi vendicat nomen, ac proinde si in aliquo statuto fiat sententiæ mentio, in dubio de definitiva intelligitur: quia etiam interlocutoria proprie sententia sit ex *L. 39. ff. de Minor. l. 2. tit. 22. p. 3.* tamen definitiva est omnium nobilior, & principalior species: & semel ac proferata definitiva, non potest ab eodem Judice revocari. *L. 2. tit. 22. p. 3.* quia quoad eam causam functus est Judex officio suo, ita ut desinat esse Judex. *L. 55. ff. de Re judicat.* Et quidem non de facili est etiam ab alio Judice revocanda, sed potius debet confirmari à Judice Superiore, si ab ea appellatur, nisi forte injusta sit. Sed in dubio potius pro ea, quam contra eam præsumendum est, donec de ejus injustitia constet. Nec Pontifex censetur velle revocare per Rescriptum, etiam motu proprio expeditum, sententiam prius ab eo latam, nisi illius faciat mentionem. Et beneficii collatio per tale Rescriptum facta est invalida ex *c. 12. b. t.* Sententia tandem interlocutoria est, quæ quasi interloquendo dicitur, inter principium, & finem causæ, non quidem super principali questione, & controversia, sed solum super aliquo articulo incidenti pronuntiat: v. g. de libello emendando, de admittendo, vel repellendo procuratore, de ejus mandato validò vel invalido, sufficienti, vel insufficienti, declarando, de testibus, instrumentis, vel

vente marito dormit similiter præscriptio: idem est adversus filium, quoad adventitia bona, tempore, quo est in patria potestate. *Auth. Nisi tricennæ. c. de Bonis matern. l. 8. tit. 29. p. 3.* quia neque maritus, neque pater habentur legitimi Administratores prædictorum bonorum: sicut habentur Curator, & Prælati, sed sunt jure proprio usufructuarij fundi dotalis, & bonorum adventitiorum, & consequenter non adscribuntur uxori, nec filio, quæ ipsi agunt, sicut adscribuntur acta ab Administratore illi, pro quo administrat. Et adeo præscriptio currit contra minorem puberem, & Ecclesiam administratoribus instructos, & non currit contra uxorem, & filium. Denique post completam præscriptionem, hæc potest rescindi per restitutionem in integrum. Et quidem. 1. à Minoribus intra quadriennium integrum ab anno 25. completo. *L. un. C. Si adversus usucap. 2. ab Ecclesijs, & alijs locis pijs intra quadriennium à die, quo potuerunt petere restitutionem. Arg. c. 1. c. 2. de Restit. in integr. in 6. 3. à Civitatibus, & Oppidis intra quadriennium à die notitiæ lesionis. L. 7. tit. 29. p. 3. 4. à Majoribus ex justa causa. L. 1. §. fin. ff. de quib. caus. major. Ipsi equidem intra quadriennium, à tempore, quo impedimentum cessavit, possunt restitutionem petere: v. g. si abseruerint causa Republicæ, vel boni communis, vel si fuerint in bello, vel in peregrinatione, vel in Universitate causa studiorum: vel si fuerint ab hostibus, vel latronibus capti, vel aliter justè impediti. *L. 28. tit. 29. p. 3.* Quando igitur venit in Domini notitiam, quod sua res ab alio præscribitur, debet contra præscriptionem, & præscribentem reclamare: quod si præscribens haberi non potest, quia abiens est, vel incidit in furor, vel mortuus est, infante herede relicto, qui non habet Tutorem: vel si fortè præscribens est persona in magna dignitate constituta, vel valde potens, contra quam non audeat Dominus litigare: debet hoc denuntiare coram Judice, vel hoc deficiente, coram Episcopo loci, vel in ejus defectu ad domum præscribentis coram vicinis denuntiabit, seu protestationem faciet. Et sic interruptur præscriptio. *L. fin. tit. 29. p. 3.* Hanc difficile materiam in Universalitate Salmantina explicui tempore quod ibidem extraordinarium dicitur.*